

mo Vir, hos emere vellet, index conficiendus foret. Visus mei imbecillitas facit, ut multi libri mihi non sint usui. Sed totum hoc negotium, tuæ fidei prudentiæ & amori, commendo. Bene vale & reverenter saluta Magnificum D. Parentem tuum & nobilem ac lectissimam tuam conjugem d. 29. Jan. Basilea 1584.

EPISTOLA XXXIV.

S Vir clarissime & opt. D. Compater, quoniam de Heydelbergensi nostra disputatione (a) de Controversia Eucharistica, Adversarii in ipsa quoque urbe multa falsa spargunt: (b) etsi fumos contemno, tamen
quæ-

(a) habita A. 1584. Heidelbergæ mense Aprilis, inter ejus loci Theologos sinceræ religionis propugnatores & J. J. Gryneum. Titulus hujus disput. hic est: *De Eucharistica controversia capita doctrinæ Theol. de quibus, mandato Ill. Principis & Domini Dom. Job. Casimirii, Comitis Palatini ad Rhenum &c. &c. in inclyta Acad. Heidelbergensi [Respondente Marco Beumlero] die 4. Aprilis, in Theol. disp. e verbo Dei fidei orthodoxæ rationem interrogantibus, placide, Deo juvante, reddet Job. Jac. Gryneus. De colloquio Heidelbergensi A. 1560. de Cæna Domini habito vid. J. Wigandi sacramentarismus p. 417.*

(b) scriptum respicit, cui titulus: *Almæ Heidelb. Univers. Theol. Facultatis Responsio ad Synopsis Ora-*